Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



ezechl

fecerat sic eis. sup montes non
comedereat. et oculos suos non
leuauit ad ydola domus israel. et
uxorem proximi sui non violauit
et mulierem non contaminauit. pignus
non retinuerit. et rapinam non
rapuerit. panem suum esurienti de
derit. et nudum operuerit vesti
mento. a pauperis iniuria auer
tit manum suam. usuram et super
habundantiam non accepit. et iudi
cia mea fecerit. et in preceptis meis
ambulauit. hic non morietur in iniq
tate patris sui. set vita viuet. Pa
ter eius qia calumpniatus est et vim
fecit fratri. et malum operatus est in me
dio populi sui. ecce mortuus est in iniq
tate sua. et dicitis. Cur nam non por
tabit filius iniqtatem patris: Nide
licet qia filius iudicium et iusticiam
operatus est. omnia precepta mea
custodiuit et fecit illa. vita viuet
anima quia peccauit ipsa morietur. fili
us non portabit iniqtatem patris. et
pater non portabit iniqtatem filii. Iu
sticia iusti super eum erit. et impietas
impii erit super eum. Si autem impi
us egerit penitentiam ab omnibus pe
catis suis que operatus est. et cus
todierit omnia precepta mea et fe
cerit iudicium et iusticiam. vita vi
uet et non morietur. Omnium iniq
tatum eius quas operatus est non
recordabor. In iusticia sua quam
operatus est. viuet. Numquid vo
luntatis mee est. mors impii. dic
it dominus deus. et non ut conuertat a
viis suis et viuat. Si autem auer
tit se iustus a iusticia sua. et
fecerit iniqtatem secundum omnes ab
hominationes quas operari solet
Numquid viuet. Omnes iusticie eius
quas fecerat non recordabuntur. In
prouaricatione qua prouaricatus est. et
in peccato suo quod peccauit in ipsis.
morietur. Et dixistis. Non est equa
via domini audite ergo domus is
rahel. Numquid via mea non est
equa. et non magis vie vestre prau
e sunt. Cum enim auterit se iusti
a iusticia sua. et fecerit iniqui
tatem. morietur in eis. In iusticia
sua quam operatus est moietur. Et
cum auerterit se impius ab im
pietate sua quam operatus est et fe
cerit iudicium et iusticiam
ipse animam suam viuificabit. Con
siderans enim et auertens se ab
omnibus iniqtatibus suis. quas
operatus est. vita viuet et non
moietur. Et dicunt filii israel. Non
est equa via domini. Numquid vie
mee non sunt eque domus israel
et non magis vie vestre prauae
Idcirco vnusquisque iuxta vias su
as iudicabo domum israel. ait dominus
deus. Conuertimini et agite penitentiam
ab omnibus iniquitatibus vestris
et non erit vobis in ruinam iniq
tas. Proiicite a vobis omnes pre
uaricationes vestras in quibus prauai
cati estis. et facite vobis cor
nouum et spiritum nouum. Et quare
moriemini domus israel. Ecce nolo
mortem morientis dicit dominus deus
Penitimini et viuite

xxxiiij

Et tu fili hominis assume
planctum super principes is
rahel. et dicites. Quare
mater tua leena inter leones cu
bauit. In medio leunculorum en
trituit catulos suos et educuit
vnum de leunculis suis. leo factus est
et didicit capere predam hominesque